FULM-JS-JS22

99/23

G. VII ~~nº 33.~~
LXXXV
nº 1.

Ihs

S. D. N. D.

Gregorij Papę xiij

Constitutio

De Elemosinis monialibus prestandis

~~Gregorius epus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.~~ I

[illegible] eo sacris virginibus que contemptis illecebris seculi et diuinis se obsequijs manciparent equissimum est precipuam quandam a nobis ac singulari solitudine prouidere, tum ut ab eis omnia que sanctum ipsarum propositum impedire possent remoueantur, tum etiam ut eis in cultu Dei caste ac religiose permanentibus que ad uictum necessaria sunt subministrentur, et quidem post sacri Concilij tridentini decretum, quo constitutionem fel. Recor. Bonifacij Papę viij predecessoris nri que incipit periculoso renouatur prohibens, ne aut ipsis monialibus ex monasterijs suis egredi, aut ulli cuiuscumque sexus aut ordinis persone ad eas ingredi liceat. et preterea uniuersis epis. precipitur ut in omnibus monasterijs sibi subiectis in alijs vero sedis apostolice auctoritate clausuram santimonialium ubi violata diligenter restitui ubi vero inuiolata conseruari maxime procurent. Pie memorie pius Papa Quintus etiam predecessor noster victui quoque et necessitatibus ipsarum prospicere cupiens cum superiora ipsa approbasset atque innouasset, eademque omnia etiam in monialibus quarumcumque [illegible]litarum etiam Therosolimitane omnibusque alijs tacite vel expresse religionem pro[illegible]sis quocumque nomine censerentur locum habere decreuisset nec ille quidquam detrimenti in necessitatibus suis hac occasione paterentur etiam precepit locorum ordinarijs et superioribus earum, ut fidelium elemosinas per conuersas non professos vel professas quidem sed etatis saltem quadraginta annorum et iam pridem conuersas que in domibus contiguis extra tamen monasterium degerent colligendas curarent ita tamen ut predicte conuerse neque clausuram aliarum monialium nisi in casibus permissis ingredere neque ex illis ipsis habitationibus suis ad tales Elimosinas colligendas sibi permissum ordinariorum aut superiorum suorum exire possent, quod sine hoc quidem sufficere videretur, Idem pius predecessor mandauit ipsis ordinarijs et superioribus ut negotium daret aliquibus personis pijs tales Elimosinas colligendi aliaque arbitratu suo prospicient, que ad subleuandum monialium inopiam expedire iudicarent cum autem sicut accepimus multe moniales etiamque tertiarie uocantur, sub solemni Religionis voto perpetua clausura degentes alieque que talibus literis comprehense etiam in ipsa clausura permanentes multis preterea ad se sustentandas necessarijs egeant neque usque ad hoc tempus ullo sufficienti remedio earum necessitatibus subuentum sit. Cum etiam alie

tertiarie

Tertiarie citra ullu[m] solemne p[ro]fessionis votum vivant que ad suas suorumve domos ne utiqua[m] redituri essent sed sub solemni Religionis voto et clausura p[re]dictis permanerent si earum aliorum sustentationi provideretur. Nos qui illas necessariis rebus destitui nollemus, certioresq[ue] facti sumus in multis civitatibus oppidis villis aut aliis locis [tam] in ecclesiis et monasteriis q[uam] hospitalibus collegiis confraternitatibus et aliis locis piis etiam quam a privatis hominibus tum ecclesiasticis tum laicis multas ac diversas Elemosinas ipsis pauperibus erogari considerantes in p[ri]mis personas vel in primis exercendam esse charitatem qui voluntaria paupertate suscepta ab omni hominum commertio segregati Deo serviunt et assiduis precibus iram ipsius ob peccata concepta a [christ]iano populo deprecantur. Illud quoq[ue] cogitantes si eis ad tales Elemosinas petendas ad loca p[re]dicta conferre se liceret vix fore ut predicta monasteria ecclesie loca ac persone eis singulis no[n] tantu[m] salte[m] tribuerent quantum singulis aliis pauperibus eo [illegible] concurrentibus solent universo illi Deo devotaru[m] mulieru[m] generi de opportune ac sufficientis subventionis auxilio providere cupientes de nobis attribute potestatis plenitudine, statuimus et ordinamus ut omnes et quicumq[ue] patriarche archiep[iscop]i ep[iscop]i et alii ecclesiaru[m] p[re]lati necnon Abbates priores p[re]positi et alii ecclesias parrochiales primitiales metropolitanas cathedrales et alias ecclesias nec no[n] monasteria prioratus prepposituras Canonicatus p[re]bendas dignitates personatus administrationes [officia] ac cetera q[ue] beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura secularia et santi Benediti santi Augustini cistercien[sium] clumiacen[sium] premonstraten[sium] Cartusien[sium] Camaldulen[sium] santi Blasii cassinen[sium] alias sante Justine montis oliveti santi ~ ~ ~ ~ ~

[Salvatoris] ad [illegible] et [illegible] seu fr[atru]m Santi Hieronymi nec non predicatorum minorum minimorum et carmelitarum heremitarum eiusdem Santi augustini servorum beate marie sante Clare et quorumcumq[ue] aliorum tam virorum q[uam] mulierum etiam mendicantium ordinum et congregationum et militiarum Regularia etiam de iure patronatus laycorum et nobilium ducum [illegible] regum et aliorum principum existentia [illegible] comendam administrationem et alias quomodocumq[ue] obtinentes nec no[n] rectores gubernatores prefectus administratores ceteriq[ue] omnes qui ratione illorum necnon capitulorum conventuum mensarum hospitalium etiam laicorum et per laycos administrari solitorum christi fidelium confraternitatum scolarum collegiorum et aliorum piorum locorum quocumq[ue] nomine nuncupatorum et in quibusvis mundi partibus consistentium que singulis annis mensibus hebdomodis vel diebus ex ecclesiarum monesteriorum [prioratum] officiorum dignitatum et beneficiorum ac congregationum hospitalium confraternitatum scolarum collegiorum piorum et aliorum locorum predictorum fructibus redditibus et proventibus pauperibus christi aliquas elemosinas in pane frumento farina vino eduliis pecunia seu aliis ad victum vel vestitum pertinentibus etiam ad supplicationem et preces et per sedulas et bollettina aut alias distribuere et elargiri ab immemorabili tempore consueverunt aut alio quovis iure tenentur ex dictis fructibus redditibus et proventibus et quo ad hospitalia predicta ex iis que servata [illegible] illis actuali hospitalitate supersunt seu superrerint nec non quecunque persone particulares etiam layce vel universitates etiam laycorum que testamento ultima voluntate vel alia dispositione etiam inter vivos aliquas tales elemosinas facere tenentur dimidiam partem omnium et quarumcumq[ue] elemosinarum elargitionum hui[usmod]i quocumq[ue] nomine nuncupatorum quocunque tempore et modo distribui solitarum etiam et specialiter nota digne et secundu[m] [illegible] defunctorum aut aliorum voluntates sub certa forma ab eis in testamento vel alia quovis dispositione destri

buenda sint dum modo non prelatas personas vel ad certos
usus pios alios quam victus & alimenta pauperum distribuatur
quibuslibet predictarum monialium etiam terciariarum sub sole
mi religionis voto & perpetua clausura de cetero viventibus &
in terris & locis quorum pauperibus huiusmodi elemosinae dis
tribuuntur consistentibus vere realiter & cum effectu & absque
ulla elemosinarum elargitionum huius petitionem exhortatione
& conquisitione aut alia desuper a nobis expectata jussione
aut mentis nostre declarationis ac quibus mora subterfugio
ac exceptione cessantibus & lucris dare atque distribuere omnino
teneantur & quam dimidiam partem nos illis applicamus ut au
tem premissa omnia cum charitate & pietate procedant et eficacie
suum effectum sortiantur universis & singulis patriarchis archiepis
epis & alijs locorum ordinarijs per apostolica scripta mandamus ut
quisque per se vel alium seu alios ad presentium executionem in suis civita
tibus & diocesibus procedens ab ecclesijs monesterijs hospitalibus
confraternitatibus scolis collegijs locis & ecclesiasticis ac laycis
personis predictis etiam quolibet exemptis dimidium elemosinarum
huius exigant ac proportione ut ordinarijs ipsis locorum
equum esse videbitur singulis pauperum monialium &
terciariarum monesterijs huiusmodi suarum civitatum &
dioc etiam si alijs superioribus subiecte sint cum effectu
distribuant nos enim eisdem locorum ordinarijs etiam tanquam
apostolice sedis delegatis ac cuilibet illorum tam per se quam alium vel alios
permissa faciendi ac etiam contradictores quoslibet & rebelles per
penas pecuniarias eorundem ordinariorum & cuiuslibet illorum arbi
trio infligendas & applicandas ac in subsidium sententias censu
ras & penas ecclesiasticas aliaque opportuna juris & facti re
media qualibet appellatione postposita respective compes
cendi auxilioque brachij secularis invocandi aliaque in premis
sis & circa ea necessaria & opportuna faciendi

gerendi mandandi et exequendi plenariam & liberam facultatem
auctoritate concedimus & impartimur in super quia valde rationi conso
num est ut etiam hi qui ipsis monialibus etiam terciarijs indige
ntibus prefatis consanguinitate aliquo sunt coniuncti aliquod in pre
missis subsidium conferant cum ratio sanguinis & debitae charitatis
& honestatis id exposcat singulis locorum ordinarijs committimus
ut omni eos officio & diligentia monere eis & persuadere studeant
parentes vero & fratres ac alios ad quos illas si in seculo perman
sissent dotare pertinebat vel ad quos bona & successiones devenerunt
& qui si eas nuptui tradidissent multo amplius quam ingredientibus
monasterium dedissent vel qui si eas nunc domi retinerent vel si
ad illorum domos redirent eas alere tenerentur quibuscunque
vijs ipsis bene visis judicant ut monialibus etiam terciarijs
predictis juxta eorum facultates charitative subveniant scituri
id sibi etiam ad animarum salutem plurimum profuturum
ceterum quod atinet ad conversas professas quas predictus pius
predecessor per predictas litteras sub certis conditionibus ibi contentis
permisit possent manere extra monasteria pro colligendis elemosinis
eisdem locorum ordinarijs iniungimus ut quibus monasterijs pre
dictarum monialium quotidianis laboribus computatis supra
dicta vel alia qualibet ratione vel sufficienti subventione &
sustentatione provisum esse cognoverint easdem conversas sub
eadem clausura cum alijs monialibus reducant neque a suis mona
sterijs amplius exire permittant conversas vero non professas &
profiteri volentes dimisso habitu domum remitant neque alias in
futurum nisi professionem suo tempore emissuras neque
sub perpetua clausura mansuras in monasteria huius
modi recipi permitant quod autem idem pius pre
decessor statuit de cetero nullas [illegible] conversas
professas recipi amplius de consensu suorum
superiorum posse ita esse intelligendum declaramus

preter illas conuersas que extra monasterium in domibus
contiguis degerent elemosinarum vero predictarum distribu
tionem et applicationem daturam et valere decernimus ex suos
effectus ad plenum sortiri debere donec numerus monialium
et terciariarum huiusmodi quem per ipsos locorum ordinarios
etiam in monasterijs ab eorum cura et regimine quomodocunque
exemptis cum illarum superiorum interuentu stabiliri et ordi
nari neque supra illum numerum alias recipi posse etiam de consensu
superiorum suorum volumus et mandamus   fuerat ut
denique moniales et terciariae ex proprijs redditibus monasteriorum
ipsorum vel consuetis elemosinis se comode sustentare queant
super quo eorundem ordinariorum conscientiam oneramus ita
tamen ut decedentibus singulis ex tribus earundem monialium
partibus deinde tertie quoque earundem elemosinarum partis distributio
et sic successiue in totum extinguatur atque in pristinum statum sub
debitis aut solitis honeribus reuertantur et remaneant. declara
mus preterea nullis monialibus et terciarijs licere habere hostium
per quod ex monasterio introiri possit in ipsarum monialium ecclesia
exteriorum in quam secularibus admissos et diuino officio patere
solet accessus ut sed omnino muro obstruendum neque itidem
licere monialibus et terciarijs egredi a janua monasterij que est
pro clausura ipsius monasterij etiam ad claudendum aliam ulteriorem
januam quo patere solet aditus secularibus venientibus vel
ad rotam vel ad crates seu loca colloquijs destinata que vulgo par
latoria vocantur vel ad pulsanda ipsam januam clausure que
loca cum sola pro causis predictis patere soleat secularibus extra clausuram
sed fieri debent etiam quo tempore clause sunt insuper quoscunque dominos
et magistratus temporales in domino hortamur monemus et requirimus ut ad
omnem ipsorum ordinariorum aut alicuius ipsorum petitionem vel simplicem requisitionem
illos in premissis assistentes omnem oportunum fauorem
et auxilium prestent et exibeant ipsis denique

Patriarchis archiepiscopis episcopis et alijs locorum ordinarijs precipimus et mandamus
ut has presentes nostras literas quarum transumptis etiam impressis manu
alicuius notarij publici subscriptis et sigillo personę in dignitate eccle
siastica constitute munitis eandem vbique fidem in judicio et extra adhiberi de
bere volumus que ipsis originalibus literis adhiberetur si fuissent exhi
bite vel ostense singuli in sua ciuitate et diocesi publicent applicari
easque iuxta earum continentiam et tenorem vna cum predictis et alijs predicti
Pij Quinti et aliorum predecessorum nostrorum literis et constitutioni
bus et iussionibus pro integra clausure instauratione custodia et firmitate
et dictis inuiolabiliter obseruent et obseruari faciant non obstantibus testatorum
et aliorum voluntatibus ac fundationibus et Bonifacij predicti de vno
et concilij generalis de duabus non tamen tribus dietis ac quibusuis alijs ap
postolicis nec non in prouincialibus et sinodalibus concilijs editis specialibus
vel generalibus constitutionibus et ordinationibus ac quibusuis ecclesiarum monas
teriorum et illorum ordinum hospitalium militiarumque confraternitatum collegiorum et
aliorum piorum locorum predictorum etiam iuramento confirmatione apostolica vel
quauis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus etiam immemorabili
bus priuilegijs quoque indultis exemptionibus libertatibus gratijs et literis aposto
licis ecclesijs monasterijs et ordinibus hospitalibus confraternitatibus collegijs et
pijs locis ac eorum superioribus et personis sub quibuscunque tenoribus et formis ac cum
quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs alijsque efficatioribus et insolitis clausulis
Irritantibusque et alijs decretis in genere vel in specie ac alias quomodolibet con
cessis confirmatis approbatis et pluries innouatis etiam si in eis caueatur expresse
quod illis nisi sub certa inibi expressa forma aut alias derogari non possit quibus
omnibus et singularis etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis specifice
expresse et indiuidua ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales
Idem importantes mentio seu quevis alia expressio habenda foret tenores

huiusmodi. ac si de verbo ad verbum insererentur presentibus pro sufficien-
ter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice dum-
taxat specialiter et expresse derogamus contrarijs quibuscumque aut si supradictis
vel quibusvis alijs ab apostolica sit sede indultum quod interdici suspendi vel
excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et ex-
pressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem nulli ergo
omnino hominum liceat hanc paginam nostre [illegible] statuti applica-
tionis concessionis [illegible] commissionis iniunctionis declarationis
decreti voluntatis [illegible] exhortationis monitionis requisitionis pre-
ceptorum mandatorum et derogationis infringere vel ei ausu temerario con-
traire si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis
dei ./o/ eius se noverit incursurum, Datum Rome apud Sanctum Petrum anno
incarnationis dominice millesimo quingentesimo septuagesimo secundo
tertio Kl januarij Pontificatus nostri anno primo. M. Antonius. Ce, Glo
rierius, A, de [illegible] Registrata apud cesarem Secretarium Alonsius de sancto
Petro Archivii Romane curie scriptor ac illustrissimi et Rmi D. Nuncij apostolici
in regnis Hispaniarum abbreviator hoc transumptum manu mea subscripsi
et sigillo eiusdem D. Nuntij obsignavi in fidem

/o/ ac beatorum petri et pauli apostolorum